MONUMENTA
GERMANIAE

vicum eo vivente ex ordinatione divina sit regnaturus in populo romano imperio sibi subiecto.

<u>Hinc achab et iesabel</u>. Introducit papa clemens in su sermone et ex consequen-ti auctor in litera unam aliam historiam de rege reprobato et alio substituto. Et hec historia originaliter pertractatur in libris regum tertio et quarto. Scribitur e-nim III regum, capitello XIX quod achab rex etc.... (Fogel der Liebeltng)

<u>Principibus</u>. Subiungit auctor, quod illis principibus qui non elegerunt Karolum, dis-plicuit ipsius electio in regem. Hii autem principes fuerunt archiepiscopus moguntinensis, palatinus reni, marchio de branden-burg et unus ducum saxonie. Duo enim tunc fuerunt duces saxonie quorum uterque asserunt se fore electorem regis. Sed quia archi-episcopus moguntinensis et marchio branden-burgensis tunc fuerunt excommunicati ex eo, quod adherebant ludowico de bavaria id circo eo minus curabatur ipsorum electio. Animertit etiam auctor, quod ipsi ludowi-co, dum viveret, videbatur vanitas electio Karoli in regem romanum. Sed sprevit ipsum Karolum eo modo sicut saul sprevit olim david contra ipsum elec-tum. Ipse autem Karolus dura bella movebat ipsi ludowico, dum adhuc vi-veret, et insuper filiis ipsius ludowici.